

These extracts have been published in the volume : Anne Grondeux & Irène Rosier-Catach, *Priscien lu par Guillaume de Champeaux et son école : Les Notae Dunelmenses (Durham C.IV.29)*, Turnhout, Brepols, 2017, vol. I p. 399-402. They are reproduced here with the kind permission of the publisher.

Famille $\beta = C$ 47vb (de la main *C*¹), *K* 39va, *M* 66vb, *V* 56rb

CONIVGATIO (VIII.93, 442.18). Nota hanc uocem ‘coniugatio’ aequiuocam esse ad res et ad¹ uoces.

1. Designat enim **quandam qualitatem uerbis adiacentem**, secundum quam uerba² dicuntur coniugata, quasi sub iugo quodam colligata, et hoc **proprie**.

2. Significat etiam³ **uerbales uoces qualitatem illam⁴ suscipientes**, ut dicamus ‘lego est coniugatio’ quasi coniugatum cum ‘uiuo’ et similibus. Ponit autem⁵ haec uox ‘coniugatio⁶’ hanc in ipsis uerbis⁷ proprietatem, scilicet⁸ ut ipsa sibi⁹ colligentur¹⁰ quod uel¹¹ secundam personam singularem terminent in ‘as’, quod fit¹² in actiuis et neutralibus¹³, uel habeant¹⁴ ‘a’ productam ante ‘ris’ in secunda persona modi indicatiui¹⁵, quod fit in passiuis, deponentibus, communibus, unde omnia praemissa primae dicuntur coniugationis¹⁶. Vel sic colligentur¹⁷ ut secunda persona terminetur¹⁸ in ‘es’ producta, quod¹⁹ euenit in actiuis et neutralibus, uel habeant ‘e’ productam ante ‘ris’, quod fit in passiuis, deponentibus, communibus, ex quo dicuntur secundae coniugationis. Vel ita colliguntur ut habeant ‘i’ correptam ante ‘s’, uel²⁰ productam in secunda persona praesentis²¹ modi indicatiui²², quod euenit in actiuis et neutralibus²³, uel ‘e’ correptam ante ‘ris’ seu productam ‘i’, ut²⁴ in passiuis, deponentibus, communibus, ex quo tertia et quarta procreatur²⁵ coniugatio. Vel breuiter possumus dicere quod coniugatio ponat in uerbis quibus adiacet hanc proprietatem, ut ipsa consequenter declinentur, scilicet ut uel²⁶ primae uel secundae uel tertiae uel quartae nuncupentur coniugationis, quod fere idem est cum praemisso²⁷.

Quaeritur autem de qualitate quam supra coniugationem nominauimus, an uerborum collectioni, id est multis uerbis simul iunctis, accidat²⁸, an singulis uerbis, id est unicuique uerborum per se, quod diuersis soluitur modis.

1. Placet²⁹ enim **quibusdam** multa uerba coniuncta unum uocare subiectum, cui accidere arbitrantur coniugationem.

2. **Aliis** uero non sic, sed quemadmodum multa uerba coniuncta non **unum** quidam inter res **naturaliter** discretas, **unum tamen**³⁰ secundum hominum impositionem³¹ esse considerant, sic hanc qualitatem quae dicitur

¹. ad *CM*] om. *K*

². *post* uerba] etc. sed quia uerba *add. V*

³. etiam *CKM*] et (lecture difficile dans *C*), esse *V*

⁴. qualitatem illam *CMV*] qualitas illa *K*

⁵. autem] iterauit *K*

⁶. quasi coniugatum ... coniugatio *CKM*] om. *per hom. V*

⁷. uerbis *CKV*] om. *M*

⁸. scilicet *CK*] om. *M*, sic *V*

⁹. sibi *CK*] sic *M*, ut ipsa sibi om. *V*

¹⁰. colligentur *CMV*] colliguntur *K*

¹¹. uel *CKM*] in *V*

¹². quod fit *CMV*] quid sit *K*

¹³. neutralibus *CMV*] neutris *K*

¹⁴. habeant *KMV*] habent *F*

¹⁵. m. i. *CMV*] *tr. K*

¹⁶. d. c. *CKM*] *tr. V*

¹⁷. colligentur *C*] colliguntur *KMV*

¹⁸. s. p. terminetur *C² KMV*] s. p. terminent *C*

¹⁹. quod *CKM*] quia *V*

²⁰. uel *CMV*] om. *K*

²¹. *post* praesentis] temporis *add. K*, *ante* praesentis] *per add. V*

²². modi indicatiui *CM*] *tr. KV*

²³. neutralibus *CKV*] neutris *M*

²⁴. ut *CM*] om. *KV*

²⁵. procreatur *CKM*] procreantur *V*

²⁶. uel *KM V*] om. *C*

²⁷. idem cum praemisso *CKM*] eidem cum praemisso eidem cum praemisso *V*

²⁸. accidit *CKM*] accidat *V*

²⁹. placet *CKM*] placuit *V*

³⁰. tamen *CK*] om. *M*, tantum *V*

³¹. h. i. *CKM*] *tr. V*

coniugatio non unum accidens in rerum natura³², unum tamen secundum hominum impositionem esse, ipsumque per partes quas habet sui constitutivas³³ unicuique indiuiduali uerbo accidere, unde³⁴ unumquodque, cum alio sui generis dicitur³⁵ coniugatum. Confirmatur³⁶ uerbi gratia cum ‘amo-amas³⁷’, ‘spiro-ras’ et cum huiusmodi ad se inuicem dicantur coniugata, unusquisque uerbalis aer dum profertur fundamentum coniugationis per hanc coniugationem³⁸ quam suscipit unus et per hanc (*M* 67ra) quam suscipit alius, alius et alius³⁹ esse iudicatur⁴⁰. Haec autem coniugatio et haec coniugatio eius coniugationis quae in natura rerum non⁴¹ inuenitur partes componentes sunt.

Item cum constet hanc coniugationem (*C* 48ra) sustentari ab hoc⁴² indiuiduali uerbo quod est ‘amo’, quaeritur an eadem res indiuidualis quae accidit ‘amo’ accidat⁴³ ‘amas’ et ‘amaui’ et singulis personis et temporibus et modis eiusdem uerbi. Quae questio soluitur ut etiam praemissa.

1. Volunt enim **quidam** ‘amo-amas-amabam-amaui’ et cetera, sicut dicuntur unum uerbum⁴⁴ in⁴⁵ significatione principali⁴⁶, ita unum subiectum⁴⁷ huius coniugationis dicantur.

2. **Alii** uero hanc coniugationem indiuiduum non in actu⁴⁸ rerum existens, sed secundum positionem⁴⁹ hominum esse confirmantes per partes sui constitutivas, scilicet⁵⁰ per hanc coniugationem quae accidit ‘amo’ et per hanc aliam coniugationem quae accidit ‘amas’, et sic per singula uerba quae descendunt ab ‘amo’ ipsi collectioni uerborum quae est ‘amo-amas-amat’ et cetera (*K* 39vb) accidere dicunt. Alia igitur est haec coniugatio quae accidit ‘amo’ respectu ‘spiro’, alia quae accidit ‘amo’ respectu ‘amas’⁵¹; haec est⁵² enim propria eius, illa uero communis cum omnibus uerbis quae ab eo⁵³ descendunt.

Talis uero quaestio potest fieri⁵⁴ de omnibus disgregatis totis si quod eius accidens attribuitur, ut de populo, grege et similibus⁵⁵.

Est etiam⁵⁶ sciendum quod quaedam supradictorum accidentium tam rebus quam uocibus accidunt, haec autem, id est coniugatio, uoci solum, quod satis ex ipsius descriptione et regulae proprietate perpenditur: ait enim, CONIUGATIO EST CONSEQUENS VERBORVM DECLINATIO (442. 18), ex quo euidenter ostenditur et quod coniugatio rebus ipsis quae non declinantur⁵⁷ minime accidit, et quod non omnibus speciebus uerborum. Cum enim dicit ‘coniugatio est declinatio uerborum’ remouet⁵⁸ quaedam uerba quae non declinantur, ut est ‘cedo’. Cum autem dicit ‘consequens’, id est multis uerbis conueniens, excludit anomala quae non iugabili⁵⁹ et multa⁶⁰ consequenti⁶¹

³² r. n. *C KV] tr. M*

³³ sui constitutivas *C KM] constitutas sui V*

³⁴ unde *C KM] om. V*

³⁵ dicitur *C MV] lac. K*

³⁶ confirmatur *C] -at K, -atum M, -ant V*

³⁷ ante amas] cum iterauit *K*

³⁸ coniugationem *C M V] om. K*

³⁹ alius et alius *C K] et alius lac. M, et alius iterauit V*

⁴⁰ iudicatur *C KV] dicatur M*

⁴¹ non *C M] om. KV*

⁴² hoc *C KM] om. V*

⁴³ accidat *C M] accidas K*

⁴⁴ uerbum *C MV] om. K*

⁴⁵ in *C KM] om. V*

⁴⁶ significatione principali *C MV] tr. K*

⁴⁷ subiectum *C MV] substantium K*

⁴⁸ in actu *C MV] lac. K*

⁴⁹ positionem *C KV] prepositionem M*

⁵⁰ scilicet *C M] sed K, om. V*

⁵¹ amas *C KV] om. M*

⁵² est *C MV] om. K*

⁵³ eo *C MV] e K*

⁵⁴ p. f. *C KM] tr. V*

⁵⁵ Cf. *C8V* f. va : « Ideo de omnibus disgregatis totis et de accidentibus quae suscipiunt, licet dicere. » (fin du passage édité dans l’Annexe 4 §4)

⁵⁶ etiam *C MV] enim K*

⁵⁷ declinantur *C KMp.c. V] descendunt Ma.c.*

⁵⁸ remouet *C KV] remanet M*

⁵⁹ iugabili *C KM] iugalibus V*

⁶⁰ post multa] uerba *add. KMV*

⁶¹ quae ... consequenti *C MV] et multa uerba quae non iugabili et consequenti K*

declinatione continentur, sed absolutam et simplicem sibi uendicant⁶², nullique⁶³ aliorum uerborum eam⁶⁴ communicant. Per uerborum ostendit aliarum partium declinationes⁶⁵ non debere uocari coniugationes.

Haec autem descriptio potest exponi in designatione ipsius qualitatis quae dicitur coniugatio, secundum hoc quod uerbis adiacet, uel in designatione uniuscuiusque uerbi secundum hoc quod proprietatem illam suscipit.

Famille $\alpha = F$ 34vb-35ra

CONIUGATIO EST. Postquam tractauit de quibusdam⁶⁶ accidentibus uerbi, scilicet significatione, tempore, modo, specie, figura, incipit de coniugatione post figuram consequenter tractare. Aequiuocum enim fuerat ut quem locum tenuit coniugatio in accidentium enumeratione non dimittat in disputatione. Et sciendum quod quaedam supra dictorum accidentium tam rebus quam uocibus accidunt, haec autem, id est coniugatio, uoci solum, quod satis ex ipsius descriptione et regulae proprietate perpenditur. Ait enim CONIUGATIO EST SEQVENS VERBORVM DECLINATIO (442.18), ex hac descriptione ostenditur et quod coniugatio rebus ipsis quae minime declinantur non accidit, et quod non omnibus speciebus uerborum. Cum enim dicit 'coniugatio est declinatio uerborum' remouet quaedam uerba quae non declinantur, ut est 'cedo'. Cum autem dicit 'consequens', id est multis uerbis conueniens, excludit anomala non tantum iugabili ac multa uerba consequenti et quasi unum † 0† colligenti declinationem, sed absoluta et simplici quam sibi solum uendicant, nullique aliorum uerborum eam communicant, ideoque ulli coniugationi non subiacent. Per uerborum autem ostendit aliarum partium declinationes non debere uocari coniugationes.

⁶². uendicant V] uindicant C, uere dicatur K, uendicatur M

⁶³. nullique C MV] nulli quod K

⁶⁴. eam C MV] ea K

⁶⁵. declinationes C KM] declinationis V

⁶⁶. de quibusdam s.l.] de quinque leg.